in medio catastie cilicio contec-
tus cinere respersus solo stra-
tus orabat. Tum vero cer-
neres miseros diverso exitu
perurgeri. Hos sublatis in-
sublime pedibus quasi de nu-
be pendere nec tamen vestis
deflueret super faciem ne
faceret verecundiam nudata
pars corporis. Et in parte alia
videres sine interrogatione
+ videres vexatos et sua crimina confiten-
tes nomina etiam nullo in-
terrogante prodebat ille
se iovem iste mercurium fa-
tebantur. Postremo cunctos
dyaboli ministros cum ipso
cerneres auctore cruciari
ut iam illud in martino fa-
teamur impletum quod scriptum
est quod sancti de angelis iu-
dicabunt vij

p Agrum quendam in Seno-
nico annis singulis gran-
do vastabat. Compulsi ex-
tremis malis incole a mar-
tino auxilium poposcerunt
missa per auspicium prefecto-
rium virum satis fida legatio-
ne cuius agros specialiter
gravior quam ceterorum assue-
verat procella populari

Sed facta ibi oratione martinus
ita universam penitus liberavit
ab ingruente peste regionem
ut per viginti annos quibus
postea mansit in corpore
grandinem in illis locis nemo
pertulerit. Quod ne fortu-
itum esse et non potius marti-
no prestitum putaret eo anno
quo ille defunctus est rursus
incubuit rediviva tempestas.
Adeo persensit et mundus viri fide-
lis excessum ut cuius vita iure
gaudebat eiusdem morte luge-
ret. Ceterum si adhuc probanda
que diximus testes etiam infir-
mior auditor exegerit. non
unum ego hominem sed milia
multa producam et totam in-
testimonium virtutis experte se-
nonum advocabo regionem. Et
tamen tu refrigerii presbiter
credo meministi nuper nobis
super hoc cum romulo auspicii
illius filio honorato et religio-
so viro fuisse sermonem qui
hec nobis tamquam incom-
perta referebat. Et cum fu-
turis proventibus per assidua
damna trepidaret. ut ipse
audisti magno se cum merore
lugebat martinum non in hoc